Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

esse et commune reverentiam patrum quorum consilio res publica guberna-
tur: commune omnibus domicilium urbis. communis conversacionis officium.
unum prescriptum. omnibus unum esse consilium. **De apibus.**

Magna hec sed quanto in apibus prestanciora. Que sole in omni genere a-
nimancium commune in omnibus sobolem habent. unam omnes incolunt ma-
sionem. unius patrie clauduntur limine. In commune omnibus labor. communis et
volatus. communis cibus. communis operacio. communis et usus fructus est.
Quid plura. Communis omnibus generacio. integritas quoque corporis virginalis.
omnibus communis et partus. quoniam neque ullo partu (concubitu) miscentur. nec libidine
resolvuntur. nec partus quaciuntur doloribus. et subito maximum exami-
filiorum emittunt. e foliis atque herbis ore suo prolem legentes. ipse sibi
regem ordinant. ipse populos creant. et licet sint posite sub lege.
sunt tamen libere. Nam et prerogativam iudicii tenent. et fidei devotionis
affectum quia et tanquam a se substitutum diligunt. et tanto honorantur ex-
amine. Rex enim non sorte dicitur. quia in sorte eventus est. non iudicium. et sepe Nota.
irracionabili casu sortis melioribus ultimus prefertur. Neque imperite mul-
titudinis vulgari clamore signatur. que non merita virtutis expendit. nec
publice utilitatis emolumenta rimatur. sed mobilitatis incerto. neque privi-
legio successionis et generis. regalibus thronis insidet. Siquidem ignarus
publice conversacionis. cautus atque eruditus esse non poterit. Adde adulacio-
nes atque delicias. que teneris ioltre etatibus. ut acre ingenium enerva-
re consueverunt. Tum instituciones spadonum. quorum plerique suo magis ques-
tui quam usui publico. animum regis inclinant. Apibus autem rex nature claris
formatur insignibus. ut magnitudine corporis prestet et specie. tum quod in rege
precipuum est. morum mansuetudine. Nam et si habet aculeum. tamen
eo non utitur ad vindicandum. Sunt enim leges nature non scripte litteris. sed impres-
se moribus. ut leniores ad puniendum. qui maxima potestate potiuntur. Sed
et ille que non obtemperaverint legibus regis. penitendi condempnacione se
multant. ut moriantur aculei sui vulnere. quod Persarum populi hodieque serva-
re dicuntur. ut pro commisso peccato. ipsi in se proprie mortis exsequantur